Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XCVI.

urn:nbn:de:bsz:31-130978

Visual Library

Joan.3.v.14. Sicut reſpicientes illum ſerpentem æneum ſuſpenſum, Num.21.v.9. ſanati ſunt; ita qui fide Chriſtum reſpiciunt, ſalutem habent, ſicut pluribus hoc Saluator loco citato inculcat.

Locvs. Diſcimus itaque fidem eſſe medium illud apprehendens ſalutem. Explicari poteſt hoc ſimilitudine manus accipientis Eleemoſynam.

Neque eſt hæc noua Religio, aut commentum Lutheri & Lutheranorum: ſed antiquiſſima doctrina, etiam ab Iſaia tradita, & olim in Veteri Teſtamento cognita.

Neque enim in alio ſalus: non aliud nomen ſub cœlo, Act.4.v.12. Jehoua iuſtitia noſtra, Jer.23.& 33.v.17. Cognitione ſui iuſtificabit, Eſa.53.v.11. Factus iuſtitia, 1.Corint.1. Nec alia ratione illa iuſtitia quam fide apprehenditur. Qui credit, non condemnabitur, non iudicabitur, Joh.3.v.18.& 5.v.24 & 6.v.40.& 47.& 11.verſ.25. Paulus carcerario: Crede in Dominum Jeſum, Act.16.v.31. Ergone licet facere quod volumus, tantum credamus? Minime. Fides ſi vera eſt, viua eſt, non mortua, Jacob.2.verſ.17.& 18.

FINIS.

THEMA XCVI.

Eſa.49.v.14.& 15.

Nunquid poteſt mulier obliuiſci infantem ſuum, & cætera.

Diſpoſitionem huius Thematis, vide ſupra, in I. parte Promptuarii, Claſſe IV. Num.XI. pag.286.

THEMA XCVII.

Eſa.51.v.6.

Cœli ſicut fumus liqueſcent: Et terra ſicut veſtimentum veteraſcet, & qui in illa ſunt, morientur.

DISPO-